Simo. — — Qui tum illam (Andriam) amabant, forte ita ut fit, filium
perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus est.
Sosia. Habes ***). *Simo. Observabam* †) mane illorum servolos
venientes aut abeuntes: *rogitabam*: „heus, puer, „dic, sodes: quis heri Chrysidem habuit? — *nam* Andriae

---

*) Sprachen die Magistrate Recht — also oft genug

**) nemlich alle Jahre einmal.

***) Sie haben es richtig getroffen.

†) wiederholt nemlich, eine ziemliche Zeit lang.

illi id nomen erat. — *Sosia.* Teneo. — *Simo.* Phaedrum aut Cliniam *dicebant*, aut Niceratum: *nam* hi tres simul tum amabant. „Eho, quid Pamphilus?“ — „Quid, symbolam „dedit, coenavit.“ — *Gaudebam.* Item alio die *quaerebam*: comperiebam nihil ad Pamphilum quidquam attinere. Enimvero spectatum satis putabam *) et magnum exemplum continentiae. Terent. Andr. I. sc. 1.

T. Pomponius Atticus — — patre usus est **) diligenti, indulgente et, *ut* tum erant tempora, diti imprimisque studioso litterarum. Hic *prout* ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis actas impertiri debet, filium erudivit. *Erat* autem in puero praeter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter acciperet, quae tradebantur, sed etiam excellenter pronunciaret. Qua ex

---

*) Imperf., denn es blieb nachher nicht so.

**) In dergleichen Fällen steht immer das Perfectum; wenn daher das Imperfectum steht, so ist eine anderweitige Ursache dazu, so ib. cap. habebat (wegen quo facto tulit). Erat nupta und utebatur (wegen efficiebat). — Oft ist es aber sehr schwer den Grund mit Gewißheit anzugeben: — so scheint das letzte efficiebat ferner als Beispiel der pietas, c. 6. init. stehen, nach Nr. 3.

re in pueritia nobilis *) inter aeqnales *ferebatur*, clariusque *exsplendescebat*, quam generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. Itaque *concitabat* omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius, M. Cicero, quos consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo carior fuerit. Nepos Atticus. c. 1.

Huc (Athenas) ex Asia Sulla decedens, cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis et humanitate et doctrina. Sic *enim* Graece loquebatur **), ut Athenis natus videretur; tanta autem suavitas erat **) sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum. Idem *pronuntiabat* poemata et Graece et Latine sic, ut supra nihil posset id. ib. c. 4.

Ein Hauptauctor dieses Gebrauchs ist aber Sallust, dessen bellum Catilinarium — (ver-

---

*) hier die buchstäbliche Bezeichnung: noscibilis, ausgezeichnet; — generosus, qui genere *noto, claro* utitur, patricisch damals nicht mehr allein.

**) Diese Imperfecta rühren zwar buchstäblich, d. h. grammatisch von captus, als Belege dazu, her — dem Sinne nach aber möchten sie wohl die Hauptabsicht ausmachen: vielleicht ist dieser Gebrauch des Imperfecti eigentlich nicht so der Römisch, daß ein so eleganter Schriftsteller als Nepos ihn ohne andern grammatischen Grund wagte. Siehe cap. 5.

gleichungsweise nur wenig das bellum Iugurthinum, wo der einzelnen facta so viele erzählt werden) — fast vorzugsweise in Imperfectis vorgetragen ist: doch wohl nicht immer so sehr zur Annehmlichkeit des Lesers; — aber es ist offenbar die Hauptabsicht des Sallust gewesen, nicht sowohl die einzelnen Thaten des Catilina historisch anzugeben, sondern (poetisch —) schildernd, den Charakter des Catilina, so wie des alten und des damaligen Römervolks in Einem Bilde durch das Gemüth auffassen zu lassen.

Einiges Weniges mag hier einen Begriff von seiner Manier geben.

Sed civitas incredibile memoratu est, adepta libertate, quantum brevi creverit: tanta cupido gloriae incesserat. Iamprimum iuventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam *discebat*: magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis lubidinem *habebat*. Igitur talibus viris non labos insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: virtus omnia domuerat. Sed gloriae maximum certamen inter ipsos *erat*: quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici dum tale facinus faceret, *properabat*; eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem *putabant*. Laudis avidi, pecuniae liberales *erant*; gloriam ingentem, divitias honestas *volebant*. Memorare possem, quibus in locis maxumas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbes natura munitas pugnando

ceperit, ni ea res nos longius ab incepto *) traheret. —

---

7. Endlich kommt noch der besondere Gebrauch des Imperfecti in Briefen der Römer in Betracht, der sich aber nur aus der besondern Vorstellung, in die sich der Römer, im Gegensatz gegen uns, bei seinen Briefen versetzte, erklären läßt.

Der Römer wollte nemlich so schreiben, wie er mit dem Empfänger des Briefes zur Zeit des Empfanges mündlich würde geredet haben. — Hieraus folgt denn:

a. Was überhaupt geschrieben werden mag, ist entweder (außer dem Zukünftigen) etwas zur Zeit des Briefschreibens Gegenwärtiges oder etwas damals schon Geschehenes. Letzteres wird immer im Perfecto (oder Plusquamperfecto) ausgedrückt werden müssen.

Beispiele.

Cicero Plancio. — *Accepi* **) perbreves tuas litteras, quibus id, quod scire cupiebam cognoscere non *potui*, *cognovi* autem id, quod mihi dubium non fuit. Nam quam fortiter ferres communes miserias, non *intellexi*; quam me amares, facile

---

*) nemlich der Geschichte des Catilinarischen Kriegs.

**) nemlich vor Aufsetzung dieses Briefes.

perspexi, sed hoc *scieram**) Illud si *scissem*, ad id meas litteras *accommodavissem*. Sed tamen etsi *antea scripsi* **), quae *existimavi* scribi oportere, tamen hoc tempore breviter commonendum *putavi*, ne in quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. — — Epist. sell. I. 32.

Cicero Tironi. — Aegypta ad me *venit* pridie Idus Aprilis. Is etsi mihi *nunciavit*, te plane febri carere, tamen quod *negavit*: te potuisse ad me scribere, curam mihi *attulit*, et eo magis, quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, nondum *venerat*. — ib. I. 16.

Cicero Attico. — Exspectationem nobis non parvam *attuleras*, cum scripseras, Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompejum certe suscepturum: utrum id nihil *fuit?* an est aliquid in spe? Etiam illud *scripseras*, eundem secundum comitia dixisse. Fac, si vides quantis in malis jaceam, et si putas, esse humanitatis tuae, me fac de tota causa nostra certiorem. — epist. ad Atticum. III. 18.

---

*) aber dieß wußte ich schon, ehe ich es aus Deinem Briefe ersah.

**) obgleich ich Dir in einem früheren Briefe geschrieben habe.

Cicero Attico. — Magna mihi varietas voluntatis ac dissimilitudo opinionis et iudicii Quinti fratris mei *demonstrata est* ex litteris tuis, in quibus ad me epistolarum illius exempla *misisti*. Qua ex re et molestia *sum* tanta *affectus*, quantam mihi meus amor summus erga utrumque vestrum afferre *debuit*; et admiratione, quidnam accidisset, quod afferret Quinto fratri meo aut offensionem tam gravem aut commutationem tantam voluntatis. — — ib. I. 17.

---

b. Dagegen müssen diejenigen Gegenstände, welche zur Zeit des Schreibens gegenwärtig waren, im Imperfecto gestellt werden, weil der Erzähler sie als mit dem Zeitpuncte des Briefschreibens gleichzeitig zu bezeichnen verlangt.

Beispiele.

Cicero Attico. — Triginta dies *erant* *) ipsi, *cum has dabam litteras*, per quos nullas a vobis acceperam. Mihi autem *erat* in animo jam, ut ad te *antea* scripsi, ire in Epirum et ibi omnem casum posissimum exspectare. Te oro, ut si quid erit — — planissime ad me scribas. — epp. ad Att. III. 21.

Cicero Tironi. — Septimum jam diem Corcyrae *tenebamur*. Solliciti *eramus* de tua valetudine mi-

---

*) Es wird bekanntlich übersetzt: es sind jetzt, da ich diesen Brief absende, schon 30 Tage, seitdem — — Ich habe im Sinne — —

rum in modum, nec *mirabamur*, nihil a te litterarum. Illis enim ventis istinc navigatur, qui si essent, nos Corcyrae non sederemus *). — cpp. ad famill. XVI. 7.

Cicero Caesari. — Ut legi tuas litteras, quas ab Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem; te velle uti consilio et dignitate mea, minus sum admiratus **). De gratia et ope, quid significares, mecum ipse *quaerebam* **). Spe tamen *deducebar* ad eam cogitationem, ut te, pro tua admirabili ac singulari sapientia, de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer; et adeam rationem *existimabam* satis aptam esse et naturam et personam. — — cpp. ad Atticum. IX. 13.

Cicero Cassio. — — — Res, *cum haec scribebam erat* in extremum deducta discrimen. Brutus

*) Cicero an den Tiro. — Schon 7 Tage werde ich in Corcyra aufgehalten. Ich bin wegen Deiner Gesundheit außerordentlich besorgt; doch wundere ich mich nicht, daß keine Briefe von Dir (gekommen sind.) Denn man schifft mit solchen Winden von Deinem Orte (hieher), daß ich nicht in Corcyra seyn würde, wenn diesen wehten.

**) Das Perfectum, indem dieses sich wundern, als eine einzelne Handlung und also sogleich mit dem Lesen von Cäsars Briefe vorbei, anzusehen ist; — das quaerebam, ungewiß seyn dauerte noch fort zur Zeit des Briefes.

vix enim Mutinae *sustinebat* sc. — cpp. ad famill. 12. 6.

Anm. Doch werden auch Gegenstände, die zwar gegenwärtig sind und zur Zeit des Empfanges vergangen seyn werden, dennoch im Perfecto ausgedrückt, wenn man dabei die Gleichzeitigkeit mit dem Schreiben gar nicht anzudeuten für nöthig erachtet. Daher das häufige: misi *has* litteras; misi Aegyptam, qui has litteras tibi perferret u. d. gl. Dergleichen Umstände werden aber nur wenige seyn.

Anm. 2. Dagegen finden sich natürlich in Briefen auch viele Imperfecta, die sich auf allgemeine Ursachen gründen.

Bei diesen ist es denn manchmal wohl etwas schwer, sogleich einzusehen, was eigentlich das Imperfectum hier sagen wolle. So ist in dem Briefe oben p. 29. — Cicero ad Atticum. I. 19. — anfangs durchaus nicht zu ersehen, ob nicht diese Verhandlungen eben damals geschahen und daher die Imperfecta standen, besonders da der Anfang lautet: urbanae res sic se *habent*; — nur der Schluß zeigt, daß die Imperfecta etwas anderes andeuten sollten, nemlich daß die Sache unvollendet geblieben.

Einige andere Beiſpiele.

Cicero Attico. — Cum ad me legati, missi ab Antiocho Commageno, venissent iique nuntiassent, regis Parthorum filium cum maximis copiis ad Euphratem venisse, — — putavi pro nostra necessitudine, me hoc ad te scribere oportere. Publice *) propter duas causas nihil *scripsi: quod* et ipsum Commagenum legati *dicebant* ad Senatum statim nuntios litterasque misisse et *existimabam* Bibulum jam in provinciam suam prevenisse, cujus litteris omnia certiora perlatum iri ad Senatum putabam. — — epp. ad Attic. XV. 3.

Cicero Tironi. — — — Mihi placebat **), si firmior esses, ut et Leucadem deportares et ibi te plane confirmares: videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placet. *Volebam* ***) ad te Marionem remittere, quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres: *sed cogitavi* unas litteras Marionem afferre posse, me autem crebras exspectare. — — epp. ad. famill. XVI. 5.

Beſonders gehört hieher noch ad familiares. I. 2.

---

*) von Staatswegen — Cicero war Proconſul in Aſien und ſtattete als ſolcher auch Berichte an den Staat ab.

**) Ich wünſche —

***) Ich wollte — — aber ich habe mich beſonnen, sed cogitavi.

c. Doch ſoll bei dieſen zur Zeit des Briefſchreibens gegenwärtigen Umſtänden, auch eine gewiſſe oder doch mögliche Veränderung bis zum Empfange des Briefes ſtatt finden; — dagegen wenn die Sache nothwendig alsdann noch eben ſo ſeyn wird, auch das Präſens muß gebraucht werden.

Beiſpiele.

Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris *satisfacio* omnibus, mihi ipse nunquam *satisfacio*. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut qui tu nisi perfecta re, de me non conquiesti; ego, qui non idem in tua causa *officio*, vitam mihi esse acerbam *putem*. In causa haec sunt: Ammonius, regis legatus aperte pecunia nos *oppugnat*. Res *agitur* per eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur, — — Ciceronis epp. ad famill. I. 1.

Cicero Terentiae suae. — In maximis meis doloribus *excruciat* me valetudo Tulliae nostrae. De qua nihil *est*, quod ad te plura scribam, tibi enim magnae curae esse, certe *scio*. Quod me propius *vultis* accedere, *video* ita esse faciendum; etiam ante fecissem, sed me multa impedierunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio *exspecto* litteras, quas ad me quam primum perferendas velim. Da operam, ut valeas. — epp. ad famill. XIV. 19.

Daher, (vielleicht wegen Entfernung der Aufenthaltsorte) rühren auch wohl folgende Präsentia, die etwas auffallen.

Cicero Attico. — — — nihil *habeo*, quod ad te scribam. — (in fine ejusdem epistolae) Capuam tamen proficiscebar, haec scribens. — Att. VII. 18.

Caesar Pedio. — Pompejus se oppido *tenet*, nos ad portas castra *habemus;* conamur *opus magnum* et multorum dierum propter altitudinem maris, sed tamen nihil est, quod potius faciamus, ab utroque portu molem *jacimus*, ut aut illum quam primum transjicere, quod habet Brundusiis copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus. — Ciceronis epp. ad Att. XI. 14.

Dieser mannigfaltige Gebrauch des Imperfecti und der eben so mannigfaltige und bestimmte Gebrauch des Perfecti, bewirkt denn in den ausführlicheren Erzählungen der Lateiner eine Bestimmtheit und Abwechslung zugleich, die gegen die dürre Einförmigkeit der Deutschen Sprache in dieser Hinsicht sehr absticht und die im Deutschen durch eine Menge Partikeln ersetzt werden muß, welche als überflüssig im Lateinischen ganz fehlen.

Jene Bestimmtheit in den Lateinischen Erzählungen blos durch den richtigen Gebrauch der temporum besteht nun darin, daß der Hauptfaden der Erzählung immer an dem Perfecto festgehalten wird und das Gemüth des Hörers schon von selbst durch die Natur des Imperfecti aufgefordert wird, an diese Imperfecta, als die Nebenumstände, seine Aufmerksamkeit nicht zu sehr sich heften zu lassen.

Die besten Beispiele der Art werden aus eigentlichen Erzählungen des gemeinen Lebens herzunehmen und besonders bei Schauspieldichtern anzutreffen seyn. So finden sich manche beim Terenz: Eunuch. I. 2. III. 5. Heautontimor: I. 1. — Phormio. I. 2. (eine der lehrreichsten) — Hecyra. I. 2. — Andria. V. 4. — und besonders Andria. I. 1. welche Stelle hier als Beispiel dienen mag.

Simo. — — Hoc primum in hac re praedico tibi
quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.
*Sosia**). Cur simulas igitur? — *Si.* *Rem* omnem *a principio* audies:
eo pacto et gnati vitam et consilium meum
cognosces et quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam *excessit* **) ex ephebis, Sosia,
liberius vivendi potestas *fuit*, *nam* antea
qui scire posses, aut ingenium noscere

---

*) Freigelassener des Simo, wie Pamphilus sein Sohn.

**) mit diesen Perfectis: excessi, fuit fängt die Erzählung an.

dum actas, metus, magister prohibebant? *So.* Ita est.

Si. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
ut animum ad aliquod studium adjungant: aut equos
alere, aut canes ad venandum aut ad philosophos:
horum ille nihil egregie praeter caetera
studebat *), et tamen haec omnia mediocriter:
gaudebam. *So.* Non injuria, nam id arbitror
adprime in vita esse utile, ne quid nimis.
Si. Sic vita *erat* **): facile omnes perferre ac pati;
cum *quibus* erat cumque una, iis sese dedere;
eorum obsequi studiis; advorsus nemini,
numquam praeponens se aliis: ita facillime
sine invidia invenias laudem et amicos pares.
So. Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore
obsequium amicos, veritas odium parit.
Si. Interea mulier quaedam abhinc triennium
ex Andro *commigravit* ***) huc viciniae,
inopia et cognatorum negligentia
coacta, egregia forma atque aetate integra.
So. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

---

*) Der Erfolg des vorigen: liberius vivendi potestas fuit. — gaudebam aber der effectlose Nebenumstand im Gemüthe des Simo.

**) *erat* theils auch noch zum vorigen gehörig, theils die Schilderung der Lebensart.

***) Damit fängt ein neuer Abschnitt in der Erzählung an, ein sehr folgenreiches Ereigniß.

Si. Primum haec pudice vitam, parce ac duriter
agebat *), lana ac tela victum quaeritans.
Sed postquam amans *accessit*, pretium pollicens,
unus et item alter: — ita, ut ingenium omnium
hominum a labore proclivum ad lubidinem,
accepit conditionem, dein quaestum accipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus est.
So. Habes. *Si.* Observabam mane illorum servolos
venientes aut abeuntes; rogitabam: „heus puer,
dic, sodes: quis heri Chrysidem habuit?“ nam Andriae
illi id erat nomen. *So.* Teneo. *Si.* „Phaedrum aut Cliniam
dicebant, aut Niceratum; nam hi tres tum simul
amabant. „Eho quid Pamphilus?“ — „Quid? symbolam
dedit, coenavit.“ — Gaudebam. Item alio die
quaerebam: comperiebam, nihil ad Pamphilum
quidquam attinere. Enimvero spectatum satis
putabam ** et magnum exemplum continentiae.
Nam qui conflictatur cum ingeniis ejusmodi,
neque commovetur animus in ea re, scias
eum jam ipsum habere posse suae vitae modum.

---

*) es dauerte aber nicht lange.

**) wieder nur die wirkungslose Gemüthsstimmung des Simo, so wie das folgende placebat.

Cum id mihi *placebat*: tum uno ore omnes omnia
bona *dicere* et *laudare* *) fortunas meas,
qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus est? Hac fama impulsus Chremes
ultro ad me *venit* **) unicam gnatam suam
cum dote summa filio uxorem ut daret.
Placuit, *despondi*, hic nuptiis *dictus est* dies.
So. Quid obstat, cur non verae fiant? *Si.* Audies:
fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt,
Chrysis, vicina haec, moritur. *So.* O, factum bene!
beasti: heu, metui a Chryside. *Si.* Ibi tum filius
cum illis, qui amabant Chrysidem, una *aderat* ***)
frequens,
curabat una funus, tristis interim,
nonnunquam *conlacrumabat*. *Placuit* †) tum id mihi:
sic *cogitabam*: hem, hic parvae consuetudinis
causa, mortem hujus tam fert familiariter:

*) Die Infinitivi historici, von denen nachher besonders — statt des temporis finiti.

**) venit u. s. f.: wieder wesentliche Umstände in der Erzählung.

*** aderat u. s. f. Nebenumstände, theils für das folgende placuit, theils das noch fernere erläuternd.

†) Wohl nur ein Perfectum zur Abwechslung, besonders da die weitere Ausführung desselben folgt.

quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Haec ego *putabam* esse omnia humani ingeni
mansuetique officia. — Quid multis moror?
Egomet quoque ejus causa in funus *prodeo* *),
nil suspicans etiam mali. *So.* Hem, quid est? *Si.*
Scies:
effertur, *imus*; interea inter mulieres
quae ibi aderant, forte unam *adspicio* adolescentulam:
forma — *So.* Bona fortasse? *Si.* Et vultu, Sosia,
adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.
Quia tum mihi lamentari praeter ceteras
visa est **) et quia *erat* forma praeter caeteras
honesta et liberali, accedo ad pedissequas:
quae sit, rogo; sororem esse ajunt Chrysidis.
Percussit ***) illico animum: „at, at, hoc illud est;
„hinc illae lacrimae, haec est illa misericordia.“
So. Quam timeo, quorsum evadas! *Si.* Funus interim

*) von solchen Praesentibus historicis wird nachher besonders gehandelt werden; — sie finden in dergleichen Erzählungen auch im Deutschen statt.

**) visa est, ein einmaliger Act, erat etwas Bleibendes.

***) Ein Perfectum: etwas Anderweitiges und Plötzliches, zugleich auf den Hauptzweck der Erzählung: die vorgefallenen Hindernisse der Heirath, unmittelbarer sich Beziehendes, wie auch folgende Note.

D

procedit, sequimur, ad sepulcrum venimus,
in ignem *imposita est* *), fletur. Interea haec soror,
quam dixi, ad flammam *accessit* imprudentius,
satis cum periculo: ibi tum exanimatus Pamphilus
bene dissimulatum amorem et celatum indicat:
accurrit, mediam mulierem amplectitur.
„Mea Glycerium, inquit, quid agis? Cur te is perditum?“
Tum illa, ut consuetum amorem facile cerneres,
rejecit se in eum flens quam familiariter!
So. Quid ais? *Si.* Redeo inde iratus, atque aegre ferens;
nec satis ad objurgandum causae: diceret:
„quid feci? aut quid commerui, pater?
„quae sese voluit in ignem injicere, prohibui,
„servavi.“ Honesta oratio est. *So.* Recte putas;
nam si illum objurges, vitae qui auxilium tulit;
quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
Si. *Venit* Chremes postridie ad me, clamitans

*) imposita est, — das vorige: funus procedit, sequimur, venimus ist etwas allmählig in einander Uebergehendes; — dieses aber ein neues Moment, von dem das fletur abhängt. — Das folgende *accessit* aber ist wieder ein Hauptmoment, an welches sich die folgende Schilderung gleichsam als etwas Festem anreiht. — So wie dieses Hauptmomente für den Hauptzweck der Erzählung, so auch das folgende *rejecit*.

indignum facinus, comperisse Pamphilum
pro uxore hanc habere peregrinam. Ego illud sedulo
negare factum. Ille instat, factum; denique
ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
neget daturum. *So.* Non tu ibi ignatum? *Si.* Ne haec quidem
sati' vehemens causa ad objurgandum. *So.* Qui, cedo?
Si. „Tute ipse his rebus finem praescripsti, pater.
„Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi:
„sine nunc, meo me vivere interea modo.“
So. Quis igitur relictus est objurgandi locus?
Si. Si propter amorem uxorem nolit ducere,
ea primum ab illo animadvertenda injuria est.
Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
vera objurgandi causa sit, si deneget.

Zu dieser Mannigfaltigkeit kommt nun noch eine eigene Erweiterung derselben im ausführlicheren historischen Stile, theils durch das Imperfectum, theils durch Beihülfe des Präsens und des Infinitivs.

Doch ehe dieses weiter ausgeführt wird, wird es zweckmäßig seyn, noch einmal kurz den Gebrauch des Perfects und des Imperfects vergleichungsweise neben einander zu stellen.

1. Das Perfectum giebt die Haupthandlungen an, das Imperfectum Nebenumstände und Erklärungen.

Terent. Eunuch. IV. 4. v. 27. sqq.

Phraedia. Agedum, hoc mihi expedi *)
primum: unde habes istam, quam habes, vestem? taces?
monstrum hominis! non dicturus **)? — *Dorus* ***).
Venit Chaerea —
Ph. Fraterne? *D.* Ita est. *Ph.* Quando? *D.* Hodie.
Ph. Quam dudum? *D.* Modo.
Ph. Quo cum? *D.* Cum Parmenone. *Ph.* Norasne eum prius?
D. Non, nec quis esset unquam audieram dicier.
Ph. Unde igitur meum fratrem esse *sciebas* †)? *O.* Parmeno
dicebat eum esse: is mihi dedit hanc.

---

2. Das Imperfectum giebt die veranlassenden, bewegenden Umstände, das Perfectum das Ereigniß selbst an.

---

*) Nun, sag' mir zuerst —

**) sc. es, — Ungeheuer von Mensch: du willst es nicht sagen?

***) Sklave des Phädria; — Parmeno Sklave seines Vaters.

†) Es geht auf das venit Chaerea — eben so das dicebat.

Terent. Eunuch. I. 2. v. 16. sq.

Non pol *), quo quemquam plus amen, aut plus diligam,
eo *feci*; sed ita *erat* res **): faciundum *fuit*.

---

3. Das Imperfectum deutet die Ueberlegungen, die Betrachtungen an: das Perfectum die daraus geflossenen Handlungen.

4. Das Perfectum giebt die einzelne Handlung an, das Imperfectum das oft Wiederholte.

5. Das Imperfectum beschreibt die einzelnen Charactere, Sitten u. s. f. in abstracto: das Perfectum erzählt die einzelnen daraus geflossenen Thaten oder Ereignisse.

Terent. Andr. I. 1. v. 94. sqq.

Quia tum mihi lamentari praeter ceteras
visa est et quia *erat* forma liberali et honesta
praeter ceteras, accedo ad pedissequas.

---

6. Das Perfectum giebt den allgemeinen historischen Satz an, das Imperfectum die einzelnen Belege dazu.

Terent. Eunuch. I. 2. v. 27. sqq.

Thais. Samia mihi mater *fuit*: ea habitabat Rhodi.
— — Ibi tum matri parvolam

---

*) beim Pollux.

**) aber die bestimmenden Umstände waren so: es mußte geschehen.

puellam dono quidam mercator dedit,
ex Attica hinc abreptam. *Phaedria.* Civemne? *Th.* *Arbitror,*
certe non scimus *): matris nomen et patris
dicebat ipsa: patriam et signa cetera
neque *scibat* neque per aetatem etiam *poterat.*
Mercator hoc *addebat:* e praedonibus,
unde emerat, se audisse: abreptam e Sunio.
Mater, ubi *accepit, coepit* **) studiose omnia
docere, educere, *ita uti* ***) si esset filia:
sororem plerique esse *credebant* meam.

---

7. **Das Imperfectum giebt das an, was unvollendet geblieben, oder nicht zur Ausführung gekommen iſt, und was ehemals anders war, als jetzt: — das Perfectum, als ein beſtimmtes tempus, eignet ſich hiezu nicht.**

Terent. Andr. IV. 2. v. 3. sqq.

Pamphilus. (rufend) Mysis! *Mysis.* Quis est? — Hem, Pamphile! optume mihi te offers! *P.* Quid est?

---

*) dazu folgen nun die Belege.

**) hier fängt wieder der Hauptfaden an.

***) von dieſem ita uti, iſt die folgende Zeile wieder nur ein Beleg: alle Leute glaubten auch, ſie ſey meine Schweſter.

M. Orare jussit *), si se ames, hera, jam ut ad sese venias,
videre ait te cupere.

Terent. Eunuch. III. 3. v. 27. sqq.

Pythias. Thais maxumo
te *orabat* **) opere, cras ut redires.

IV. Erweiterungen des hiſtoriſchen Stils.

Die Beſtimmtheit und Mannigfaltigkeit, welche in der Lateiniſchen Erzählung durch die beſtimmte und mannigfaltige Verſchiedenheit des Imperfects und des Perfects hervorgebracht wird,

---

*) jussit, Perf.: nemlich ſie befahl es ein für allemal und beſtimmt.

**) orabat, — maxumo opere, contr. maximopere, i. q. magnopere, — allerdings auch nur ein für allemal; — aber Thais hatte den Crito, zu dem ſie ſpricht, ſchon einmal zu ſich beſchieden, ihn dann mit Nebendingen, wie er meinte, bei ſich aufgehalten und ihn gebeten noch einmal zu ihr zu kommen. Indem nun Thais wieder abweſend war und ihn bitten ließ zum 3ten male wieder zu kommen, ſcheint ihre Dienerin Myſis es nicht zu wagen, dieſe Bitte im beſtimmten, ſeiner Sache gewiſſen Perfecto auszudrükken, ſondern wählt das Imperfectum, als wollte ſie zugleich andeuten: ſie ließ dich nur recht bitten, ohne die Gewährung vorausſetzen zu mögen.

wird nun im ausführlicheren historischen Stile noch auf mehrerlei Art sehr erweitert; nemlich theils durch einen noch mehr erweiterten Gebrauch des Imperfects, theils durch Beihülfe des Präsens und des Infinitivs.

Es ist aber begreiflich, daß so wie diese Erweiterungen schon überhaupt stark in das Ganze des historischen Stils bestimmend eingreifen, so also auch ihre Benutzung bei den einzelnen Schriftstellern fast eben so verschieden seyn müsse, als deren Schreibart überhaupt.

Das Hauptsächlichste, was sich demnach im Allgemeinen über diese Erweiterungsmittel des historischen Stils sagen läßt, möchte ungefähr Folgendes seyn:

1. Brauchen die ausführlicheren Geschichtschreiber das Imperfectum wohl, um die, theils friedlichen, theils auch nur inneren Ereignisse in einem Staate, auch selbst die, welche durch Kriegszufälle verursacht worden waren, aber doch selbst keine Waffenthaten mehr sind, zu schildern. — Dagegen ist das Perfectum das tempus für den einzelnen Thatenreichthum besonders des Krieges.

Beispiele.

Liv. I. cap. 9. —

Turbato per metum ludicro, moesti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii foedus,

deumque invocantes, cujus ad solenne ludosque, per fas ac fidem decepti, venissent.

Nec raptis aut spes de se melior aut indignatio minor, sed ipse Romulus *circumibat, docebat*que: patrum id injuria factum, qui connubium finitimis negassent. — — *Accedebant* blanditiae virorum factum purgantium, cupiditate atque amore, quae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt. Iam admodum mitigati animi raptis *erant*. At raptarum parentes tum maxime sordida veste, lacrymisque et querelis civitates *concitabant*; nec domi tantum indignationes *continebant*, sed *congregabantur* undiqe ad Titum Tatium regem Sabinorum: et legationes eo, quod maximum Tatii nomen in his regionibus erat, *conveniebant*. Caeninenses, Crustuminique et Antemnates erant, ad quos ea injuria pertinebat: lente iis agere Tatius Sabinique visi sunt; ipsi inter se tres populi communiter bellum parant *).

---

id. I. cap. 29. —

Inter haec jam praemissi Albani erant *equites*, qui multidudinem Alba Romam traducerent. *Legiones* deinde ductae ad diruendum urbem.

---

*) Es könnte diese Stelle auch als Veranlassung des eigentlichen Krieges angesehen werden, aber dahin gehört vorher vielmehr, was nicht im Imperfecto erzählt ist. — Die lezten 2 Imperfecta erklären nur das iis —

Qui ubi intravere portas, non quidem fuit tumultus ille nec pavor, qualis captarum solet esse urbium, quum effractis portis, stratisve ariete muris aut arce vi capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet; — sed silentium triste ac tacita moestitia ita defixit omnium animos ut prae metu obliti quid relinquerent, quid secum ferrent, deficiente consilio, rogitantesque alii alios nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas ultimum illas visuri, pervagarentur. Ut vero jam equitum clamor exire jubentium *instabat*, jam fragor tectorum, quae diruebantur, ultimis partibus audiebatur; pulvisque ex distantibus locis ortus, velut nubi inducta omnia compleverat: raptim *quibus* quisque poterat, elatis, quum larem ac penates tectaque in quibus natus quisque et educatus esset, relinquentes exirent; jam continens agmen migrantium impleverant vias et conspectus aliorum, mutua miseratione *integrabat* lacrimas. Vocesque etiam miserabiles *exaudiebantur*, mulierum praecipue, cum obsessa ab armatis templa augusta praeterirent ac velut captos relinquerent deos.

Egressis urbem Albanis, Romanus passim publica privataque omnia tecta adaequat solo, unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinie dedit.

Anderntheils erweitert, beſonders Cäſar, den Gebrauch des Imperfecti für die Nebenumſtände auch ſo weit, das er überhaupt alle Zu-

ſtände und Thaten, die nicht ſeinen Hauptplan (die Erzählung ſeiner eignen und zwar glücklichen Thaten) ausmachen, als etwas nur nebenher und interimiſtiſch Geſchehenes, im Imperfecto erzählt; — ſo die Thatſachen ſeiner Gegner, ſo die einzelnen Unfälle während einer Schlacht; — dagegen die succès im Perfecto.

Beiſpiele.

De bello Gallico. IV. cap. 23.

His constitutis rebus, nactus idoneam ad navigandam tempestatem, tertia fere vigilia Caesar solvit: — — et hora circiter diei quarta cum primis navibus Britanniam attigit, atque ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit. — — Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum — — sublatis anchoris circiter millia passuum octo ab eo loco progressus, aperto ac plano littore naves contituit. At barbari, consilio Romanorum cognito, — — nostros navibus egredi *prohibebant*. *Erat* ob has causas summa difficultas, *quod* naves propter magnitudinem, nisi in alto constitui non poterant. Militibus autem ignotis locis, impeditis manibus, magno atque gravi onere armorum pressis, simul et de navibus desiliendum et fluctibus consistendum et cum hostibus *erat* pugnandum: cum illi aut ex arido aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti, notissimis locis audacter tela *conjicerent* et equos insuefactos *incitarent*. Quibus rebus nostri perterriti — — non

eadem alacritate, qua in pedestribus uti proeliis consueverant, *utebantur*.

Quod ubi Caesar *animadvertit*, naves longas remis incitari atque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli *jussit*, quae res *magno usui nostris fuit*. Nam inusitato genere tormentorum permoti barbari *constiterunt* ac paulummodo pedem *retulerant*. At nostris militibus cunctantibus, decimae legionis aquilifer, contestatus deos: desilite, *inquit*, milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere. — Hoc cum dixisset, se ex nari *projecit* atque in hostes aquilam ferre *coepit*. Tum nostri universi — — ex nave *desilierunt*; hos alii ex proximis navibus subsecuti, hostibus *appropinquarunt*.

Pugnatum est ab utrisque acriter: nostri tamen, quod neque ordines servare neque firmiter insistere poterant, atque alius alia ex nave, quibuscunque signis occurrerat, se aggregabat, *perturbabantur*. Hostes vero — — incitatis equis impeditos *adoriebantur*, plures paucos *circumsistebant*, alii ab latere aperto in universos telo *conjiciebant*.

Quod cum Caesar animadvertisset, scaphas longarum navium militibus compleri *jussit* et quos laborantes conspexerat, iis subsidia *submittebat* *). Nostri, simul atque in arido *constituerunt*, suis omnibus consecutis in hostes impetum *fecerunt* atque eos in fugam

*) wohl Imperfectum als nähere Ausführung und Bedeutung des vorigen jussit.

dederunt, neque longius prosequi potuerunt, quod equites insulam capere non potuerunt.

Hostes proelio superati, simul atque sese ex fuga receperant, statim ad Caesarem legatos de pace *miserunt*: obsides daturos, quaeque imperasset, sese facturos, *polliciti* sunt.

---

ib. V. cap. 18.

Sed ea celeritate atque impetu milites nostri ierunt, ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent ac se fugae mandarent.

Cassivellaunus autem — — millibus circiter quatuor essedariorum *) retentis, itinera nostra *servabat*, paululumque ex via *excedebat* locisque impeditis atque silvestribus sese *occultabat*; atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora atque homines ex agris in silvas *compellebat*, et cum equitatus noster liberius vastandi praedandique causa se in agros effunderet, omnibus viis notis semitisque essedarios ex silvis *emittebat*; et magno cum periculo nostrorum equitum cum iis *confligebat* atque hoc metu latius vagari *prohibebat*. Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur et tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites poterant efficere.

*) Wagenkämpfer, wie bei dem Trojanischen Kriege, bei den Juden u. s. w.

Interim Trinobantes, prope firmissima earum regionum civitas, — — legatos ad Caesarem mittunt, pollicenturque sese ei dedituros et imperata facturos.

Auch beim Livius finden sich Spuren dieses Gebrauchs.

Livius II. c. 56.

Occupant tribuni templum postero die: Consules nobilitasque ad impediendam legem in concione consistunt. Submoveri Laetorius jubet, praeterquam qui suffragia ineant. Adolescentes nobiles *stabant* *), nihil cedentes viatori. Tum ex iis prehendi quosdam Laetorius jubet. Consul Appius negare **) jus esse tribuno in quemquam nisi plebejum: non enim populi, sed plebis eum magistratum esse, nec illum ***) ipsum submovere pro imperio posse more majorum, quia ita dicatur: „si vobis videtur, discedite Quirites.“ Facile et contemptim de jure disserendo perturbare Laetorium poterat. Ardens igitur ira tribunus viatorem mittit ad Consulem: Consul lictorem ad tribunum: privatum esse, clamitans, sine imperio, sine magistratu;“ violatusque esset tribunus, ni et concio omnis atrox coorta pro tribuno in Cosulem esset: et

*) Gegentheils standen da die adlichen jungen Männer und wichen durchaus nicht — —

**) negare, der Infinitivus historicus, wovon nachher mehr, statt negat.

***) hieße wohl richtiger se ipsum, er (der Consul).

concursus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis fieret. *Sustinebat* tamen Appius pertinaica tantam tempestatem: certatumque haud incruento proelio foret, ni Quintius, Consul alter, consularibus negotio dato, ut collegam vi, si aliter non possent, de foro abducerent, ipse nunc plebem saevientem precibus lenisset. —

Anmerk. Einzeln findet man auch unter einem in Imperfectis behandelten Gegenstande, wenn dieser sehr weitläuftig ist, wieder zur Abwechslung, gleichsam wie eine Unterabtheilung ein Perfectum statt eines Imperfecti gebraucht.

So z. B. Andria I. 1. Anm. 9. So Ovidii Metamorphos. VI. 1.

— Non illa (Arachne) loco nec origine gentis
clara, sed arte fuit. Pater huic Colophonius Idmon,
Phocaico bibulas *tingebat* murice lanas.
Occiderat mater; sed et haec de plebe suoque
aequa viro fuerat. Lydias tamen illa per urbes
quaesierat studio nomen memorabile: quamvis
orta domo parva, parvis *habitabat* Hypaepis.
Hujus ut adspicerent opus admirabile, saepe
deseruere sui Nymphae vineta Timoli,
deseruere suas Nymphae Pactolidas undas.
Nec factas solum vestes spectare *juvabat*,

tunc quoque cum fierent: tantus decor *affuit* *)
arti.
Sive rudem primos lanam *glomerabat* in orbes,
seu digitis *subigebat* opus, repetitaque longo
vellera *mollibat* nebulas aequantia tractu
sive levi teretem *versabat* pollice fusum,
seu *pingebat* acu: scires a Pallade doctam.

---

2. Eine andere Erweiterung des historischen Stils ist der Gebrauch des Präsentis als eines historischen temporis.

(Dieser Gebrauch hat zwar auch im Deutschen statt: findet sich aber hier viel weniger in eigentlicher Geschichte, als in epischer, dramatischer und Erzählung des gemeinen Lebens.)

Es versteht sich hiebei von selbst, daß eine Erzählung nicht mit einem Präsente anfangen kann **).

Sonst läßt sich wenig Allgemeines über diesen Gebrauch des Präsentis sagen, als daß es fast nur statt des Perfecti gebraucht wird: etwa Beschreibungen der Umstände bei einer Begebenheit ausgenommen.

---

*) Perfectum, im Gegentheil von Virgilii: tantae molis *erat* Romanam condere gentem.

**) Eine Ausnahme scheint z. B. Aeneid. II. v. 16. aedificant zu seyn; allein den Hörern war die Sache im allgemeinen bekannt. —

Oft findet man das Präsens einzeln unter einer Menge Perfecte gebraucht; — wo aber mehrere Präsentia auf einander folgen, pflegt eine Idee der Einheit bei ihnen allen zum Grunde zu liegen, so daß diese mehreren Präsentia zusammen Ein größeres Ganze ausmachen.

So findet man es häufig beim Caesar de bello Gallico. Dieses Werk erzählt Cäsars 9 jährige Feldzüge in Gallien; enthält also eine Menge einzelner Feldzüge und Waffenthaten von Cäsar und von seinen Unterfeldherren. Da nun hier, wie bei den meisten alten Geschichtschreibern, keine vorher entworfene Abtheilungen nach Ort oder Personen, sich finden: so ist es eine der Materie und der Eleganz im Stile sehr angemessene Schreibart, wenn dergleichen einzelne Kriegsthaten in lauter *Praesentibus* erzählt werden und der Uebergang von einem solchen Ereignisse zum andern durch Perfecta, Plusquamperfecta, oder bei Entwickelung der Verhältnisse, die das Folgende begründen, durch Imperfecta u. d. gl. geschieht.

Beispiele.

Caesar de bello Gallico. VI. cap. 2 — 7.

Quibus rebus cognitis Caesar, cum undique bellum parari videret — — maturius sibi de bello cogitandum putavit.

Itaque nondum hieme confecta, proximis quatuor legionibus contractis, de improviso in fines Nervio-

rum *contendit*; et prius, quam illi aut convenire aut profugere possent, magno pecoris atque hominum numero capto, atque ea praeda militibus concessa, vastatisque agris, in deditionem venire atque obsides sibi dare coegit. Eo celeriter confecto negotio, rursus legiones in hiberna reduxit.

Concilio Galliae primo vere indicto, cum reliqui, praeter Senones, Carnutes, Trevirosque venissent, initium belli atque seditionis hoc *) esse arbitratus; ut omnia postponere **) videretur, concilium in Lutetiam Parisiorum transfert. — —

Hac re pro suggestu pronuntiata eodem die cum legionibus in Senones *proficiscitur*, magnisque itineribus, eo *pervenit*. — Cognito ejus adventu Acco, qui princeps ejus consilii fuerat, *jubet* in oppida multitudinem convenire. Conantibus, prius quam id effici posset, adesse Romanos *nuntiatur*. Necessario sententia *desistunt*, legatosque deprecandi causa ad Caesarem *mittunt: adeunt* per Aeduos, quorum antiquitus erat in fide civitas. Libenter Caesar, petentibus Aeduis, *dat* veniam, excusationemque *accipit:* quod aestivum tempus instans ***) belli, non

*) hoc, nemlich daß jene 3 Völkerſchaften nicht gekommen waren.

**) damit man ſähe, daß er (dieſen Rüſtungen zum Kriege) alles nachſetze — —

***) weil die nahe Sommerszeit für den Krieg, nicht aber für eine Gerichtsſitzung ſich ſchicke

quaestionis esse arbitrabatur. Obsidibus imperatis centum, hos Aeduis custodiendos *tradit*. Eodem Carnutes legatos obsidesque *mittunt*, usi deprecatoribus Remis, quorum erant in clientela: eadem *ferunt* responsa *Peragit* concilium Caesar, equitesque *imperat* civitatibus.

Hac parte Galliae pacata, totus et mente et animo in bellum Trevirorum et Ambiorigis insistit. Cavarinum cum equitatu Senonum secum proficisci *jubet*, ne quis aut ex hujus iracundia, aut ex eo, quod meruerat, odio, civitatis motus exsistat. His rebus constitutis, quod pro explorato habebat, Ambiorigem proelio non esse certaturum, reliqua ejus consilia animo circumspiciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus silvisque muniti, qui uni ex Gallia de pace ad Caesarem legatos nunquam miserant. Cum iis esse hospitium Ambiorigi sciebat: item per Treviros venisse Germanis in amicitiam, cognoverat. Haec prius illi detrahenda auxilia existimabat, quam ipsum bello lacessendum; ne desperata salute, aut se in Menapios abderet, aut cum Transrhenanis congredi cogeretur.

Hoc inito consilio, totius exercitus impedimenta in Treviros *mittit*, duasque legiones ad eum proficisci *jubet*; ipse cum legionibus expeditis quinque in Menapios *proficiscitur*. Illi nulla coactu manu, loci praesidio freti, in silvas paludesque *confugiunt*, suaque eodem *conferunt*.

Caesar partitis copiis cum C. Fabio legato et M. Crasso quaestore, celeriterque effectis pontibus,

adiit *) tripartito, aedificia vicosque *incendit*, magna pecoris atque hominum copia *potitur*. Quibus rebus coacti Menapii legatos ad eum pacis petendae causa *mittunt*. Ille obsidibus acceptis, hostium se habiturum numero *confirmat*, si aut Ambiorigem aut ejus legatos finibus suis recepissent. His confirmatis rebus, Comium Atrebatem cum equitatu, custodis loco, in Menapiis *relinquit:* ipse in Treviros *proficiscitur*.

Dum haec a Caesare geruntur, Treviri magnis coactis copiis, Labienum cum una legione, quae in eorum finibus hiemaverat, adoriri *parabant*. Iamque ab eo non longius bidui via aberant, cum duas venisse legiones missu Caesaris *cognoscunt* etc.

---

id. ib. V. cap. 1. 2.

Lucio Domitio, Ap. Claudio Consulibus, discedens ab hibernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere consueverat, legatis *imperat*, quos legionibus praefecerat, uti quam plurimas possent, hieme naves aedificandas veteresque reficiendas curarent: earum modum formamque *demonstrat*. — — Ea quae sunt usui ad armandas naves, ex Hispania apportari *jubet*. Ipse conventibus Galliae citerioris peractis, in Illyricum *proficiscitur* quod a Pirustis finitimam provinciae partem incursionibus vastari audiebat. Eo

---

